

burgensis, Widonis Curiensis, Richardi Verdunensis, Rihwini Tullensis venerandorum episcoporum, Friderici ducis, Godefridi, Berngeri, Chuonradi, Ludewici, Berndolfi, Friderici comitum aliorumque fidelium nostrorum assensum prebentes et paternis traditionibus per omnia consentientes. — —

5 :Signum domni Heinrici quarti Romanorum invictissimi imperatoris augusti.: (M.)  
:Adelberdus cancellarius recognovit.: (SJ.)

Data VI. id. aug. anno dominicę incarnationis millesimo c XII, indictione V, regnante domno Heinrico quinto rege, quarto imperatore, anno regni eius XII, imperii vero I; actum Spire; in dei nomine feliciter amen.

10

29<sup>a</sup>.

*König Heinrich V. bestätigt dem vom Grafen Ludwig gegründeten Kloster Reinhardsbrunn die Schenkungen des Gebhard von Nordeck.* Worms, 1111 Aug. 26.

*Hdschr.: Fälschung, Kopie im Kopiaal (Saec. XIV.) No. 2 fol. 93<sup>b</sup>. Hauptstaatsarchiv Dresden.*

*Gedr.: Stumpf, Acta imperii 466 und danach Naudé a. O. 115. Stumpf 3073.*

15 In nomine summe et individuae trinitatis. Heinricus divina sumministrante clemencia Romanorum rex augustus. Quoniam, si in laude celorum regis et cerimoniis omnibusque, que ad cultum divinum pertinent, pie animum intendimus, id nobis summopere ad provehenda terreni regni gubernacula proficere credimus, notum esse volumus omnibus  
20 dicto a Ludowico comite circa Loybam silvam edificato pro anime sue ac parentum suorum salute beatis apostolis Petro et Paulo Rome oblato ac in Romani pontificis defensionem iure perpetuo delegato pro honore dei genitricis et virginis Marie sanctique Iohannis apostoli et ewangeliste, quorum nomini dedicatum est, silvam nomine Windefelt et Elisis, quam Gebhardus miles de Nordeka iure hereditario propriam possidens, sed pro sue  
25 remedio anime omniumque debitorum suorum deo devote iam dudum obtulerat, stabilitam hiis regalibus edictis libere perfruemdam fecimus, que hiis lachis et terminis includitur. A loco, ubi consurgit orientalis gabala fluvioli Luteron, per descensum eius usque quo influit Sigilbach, et sic sursum ad ortum illius per latus Hohenberg usque Alberadisheimbeche, deinde super Birindal ad Hohenbeche, inde iuxta Steynenhurst ad Lumboninclinga,  
30 inde ad Steinistal sursumque usque Wydinsul, hinc sursum super fluviolum Durrinhesilon, hinc in Grunenhesilon, inde sursum super Aldassnant in Duringbach deorsum, hinc in Herigozeshelminaha sursumque ad Milinbuoch, cum omnibus suis pertinenciis, hoc est areis edificiis terris cultis et incultis viis et inviis exitibus et redivibus venacionibus piscacionibus cunctisque utilitatibus, que aliquo modo dici vel nominari possunt, ea videlicet  
35 condicione, quatenus ibidem in futurum deo auxiliante monastice professionis institutio proficiat. Quo in loco disponente Ernesto venerabili abbate oratorio constructo eiusdemque petitione in honore sancti Blasii martiris dedicato supra dictus Gebhardus ad confirmandum sue devocionis effectum ipso dedicacionis die in dotem illius ecclesie alium in alio loco non longe inde disiunctum sue hereditatis bifanc contulit, qui cum suis appendiciis